



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus Juridicus Ad Librum III. Decretalium Gregorii IX.  
Clericorum in communi, nec non Prælatorum, ac  
Capitulorum in specie obligationes, & jura complectens**

**Scharz, Oddo**

**Salisburgi, 1738**

Approbatio Inclytæ Facult. Juridicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63800)

# APPROBATIO INCLYTÆ FACULT. JURIDICÆ.

**P**ostquam Clarissimus Author duos priores Decretalium Libros suis elucubrationibus, quas Eruditi æquè, ac erudiendi avidissimè exceperunt, sua singulari industria, & doctrinæ perspicuitate illustravit, simulque à calumniis ejusdam heterodoxi stylò & pilò, ad hostis internecionem, vindicavit; aggreditur hac prima parte, cum *Compilatore Raymundo*, Librum III. ac non modò eadem, qua antehac, *penna forti*, & acuta, hunc avitæ Religioni nostræ, Ejusque Hierarchiæ, insultantem osorem, quaquaversum, & verò maximè in *prolusorio* certamine, fodicat, & jugulat, ejusque procacitatem, quacunque prodit, obtundit; Verùm pari quoque & eruditionis, & soliditatis præstantiâ sacros Decretalium Canones ità explicat, eamque illis lucem ubique aspergit, ut partus iste non minùs tam luce publica ad propagandam latiùs Clarissimi Authoris gloriam; quàm Academica Concertatione, ad demonstranda in arte boni, & æqui hausta præclara specimina Nobilissimi D. Defendentis, dignissimus censerì debeat. Ita sentit

FRANCISCUS JOSEPHUS DE HERZ  
IN HERZFELD, J.C. Celsiss. ac Reverendiss. Archiepiscopi, & S.R.I. Principis Salisburg. &c. &c. Consiliar. Actualis Intimus, Juris Publ. Naturæ, & Gentium, nec non Codicis Professor Ordin. ac Inclytæ Facultatis Juridicæ p. t. Decanus.

DIS-